



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXXIII. Otto und Gunzel, Herren zu Pulitz, Hofmarschälle, bekunden,  
ihrerseits die zwei Hufen zu Pinnow dem Kloster Arendsee refiguirt zu  
haben, am 2. Februar 1304.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XXXII. Ritter Philipp von Stockem verschreibt dem Kloster Arendsee mit seiner Tochter eine Hebung aus Tramm, am 4. März 1304.

Nos Philippus, miles dictus de Stockem, Vniuersi Cristi fidelibus hanc litteram visuris Salutem in filio virginis glorioso [sic!]. Nouerint vniuersi presentis pagine inspectores, quod nos cum nostra filia Greta donauimus conuentui sanctimonialium in Claustro Arneffe quatuor mansos soluentes III Chorom filiginis minus duobus modiis in villa Tramme cum omni Jure, sicut pater noster nobis ipsos hereditauit, libere et perpetuo possidendos. Vt igitur istud siue ista donacio firma sit et a nostris heredibus inuolabiler obseruetur post obitum nostrum, hoc milites subscripti nobiscum compromittunt, videlicet halto et hermannus fratres dicti de angeren, necnon Droyfeko de Crochere tunc temporis dapifer, qui simul nobiscum in Euidenciam huius danacionis et facti presentem litteram super hoc confectam sigillorum suorum appensione fecerunt communiri. Datum et Actum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., feria quinta ante dominicam Letare, in castro Calue.

XXXIII. Otto und Guntzel, Herren zu Putlitz, Hofmarschälle, bekunden, ihrerseits die zwei Hufen zu Pinnow dem Kloster Arendsee resignirt zu haben, am 2. Februar 1304.

In nomine Sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos Otto et Guntzelinus, fratres, domini in potlyst et Marfcalci Curie brandenburgensis, omnibus Cristi fidelibus presentem auditoris continenciam seu visuris Salutem in omnium saluatore. Cum ex fragilitate condicionis humane hominum memoria Sit labilis, vita breuis, expedit, vt rite acta litterarum serie et fidelium testimonio perhennentur. Recongnoscimus igitur et presentibus publice protestamur, quod Jus pheodale de duobus mansis ville pinnowe, Juxta ciuitatem Osterborch adiacentibus, ecclesie in Arneffe generaliter cum omnibus pertinenciis et prouentibus Intuitu dei voluntarie resignauimus. Nos quoque oracionum et aliorum honorum operum Sanctimonialium ibidem in Anima et corpore participes fieri cupientes, ad laudem dei omnipotentis eiusque matris marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostrarum videlicet et progenitorum, heredum ac successorum nostrorum, Jus nostrum, quod in predictis duobus mansis huc vsque habuimus, prefate ecclesie in Arneffe pure et libere donauimus propter deum. Vt autem hec nostra donacio a nostris Successoribus Inuolabilis perpetuo perseueret, Presens scriptum nostri Sigilli munimine fecimus communiri. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., in festo purificationis beate virginis.